FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## EVAN||GELIVM || MARCI ||

### Leipzig, 1522

### VD16 ZV 27198

EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148990**

Visual Library

# EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM

INITIVM euangelij Ieſu Chriſti filij dei, ſicut Malach.3.
ſcriptũ eſt in ꝓphetis: Ecce ego mitto nuncium Mat.11. Luc.7.
meũ ante faciẽ tuam, qui præparabit viam tuã Eſa.40.
ante te. Vox clamãtis in deſerto: parate viam
domini, rectas facite ſemitas eiꝰ. Baptizabat Io
annes in deſerto, prædicãs baptiſmũ pœnitentiæ in remiſſionẽ pec Ioan.3.
catorum. Et egrediebantur ad eum tota Iudæa regio. ac Hieroſo-
lymitæ & baptizabantur omnes ab illo in Iordane flumine. cõfiten Mat.3.
tes peccata ſua Erat autẽ Ioannes veſtitus pilis cameli & Zona pel
licea circa lumbos ſuos. veſcebaturq; locuſtis ac melle ſylueſtri, &
prædicabat, dicens: Venit is qui fortior eſt me, poſt me: cuius nõ
ſum idoneus, vt procumbens ſoluã corrigiam calciamentorũ. Ego
quidem baptizaui vos aqua, ille vero baptizabit vos ſpiritu ſancto Luc.3
Et factũ eſt in diebus illis, venit Ieſus a Nazareth Galilææ, & bap-
tizatus eſt a Ioanne in Iordane. Et ſtatim cum aſcenderet ex aqua,
vidit diffindi cœlos, & ſpiritũ quaſi columbã deſcendentem ſuper
illum. Et vox facta eſt de cœlis: Tu es ille filius meus dilectus, in 2.Pe.1.
quo mihi bene complacitum eſt. Et continuo ſpiritus illum expellit Mat.4
in deſertum: & erat illic in deſerto dies quadraginta, & tentabat̃
a ſatana, eratq; cum feris, & angeli miniſtrabant illi. Poſtquam au-
tem compræhenſus eſſet Ioannes, venit Ieſus in Galilæam prædi-
cans euangelium regni dei, & dicens: Impletum eſt tempus, inſtat
q; regnũ dei: reſipiſcite & credite euangelio. Cũ ambularet autem Act.3.
iuxta mare Galilææ, vidit Simonẽ & Andream fratrem eius, iaci- Luc.5.
entes retia in mare: erant eñ piſcatores: & dixit eis Ieſus: Sequa-

mini me, & faciam vt efficiamini piſcatores hominum. Ac protinus
relictis retibus ſuis, ſecu i ſunt eum. Et progreſſus illinc puſillum, vi
dit Iacobum filiũ Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, qui & ipſi in
naui recõcinnabant retia: ſtatimq; vocauit illos. Et illi relicto patre
Luc. 4 ſuo Zebedeo in naui cum mercenarijs, ſecuti ſunt eum, Et ingredi-
Mat. 7. untur Capernaũ, & ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynagogam doce-
Luc. 2. bat, Et ſtupebãt ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos tanquã
Luc. 4 autoritate præditus, & non ſicut ſcribæ. Et erat in ſynagoga eorum
homo obnoxius ſpiritui immũdo, & exclamauit, dicens: Ah quid
rei nobis tecũ eſt Ieſu Nazarene? Veniſti ad perdendũ nos? No-
ui te qui ſis, nimirũ ille ſanctus dei. Et increpauit illum Ieſus, dicẽs;
Obmuteſce, & exi ab homine, Et cum diſcerpſiſſet eum ſpiritus im
mũdus, exclamaſſetq; voce magna, exijt ab eo. Et obſtupuerũt om
nes, ita vt cõquirerent inter ſe dicentes; Quid eſt hoc? Que doctri
na noua hæc? quia cũ autoritate etiam ſpiritibus immundis impe-
Mat. 8. rat, & obediunt ei? Emanauit autẽ fama eius ſtatim in totã vndiq;
regionem Galilææ finitimam. Et protinus e ſynagoga egreſſi, ve-
nerunt in domũ Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne. Socrus
autẽ Simonis decumbebat febricitãs, & continuo dicunt ei de illa.
Et accedens erexit eam, apprehenſa manu eius; & reliquit eã fe-
bris illico, ac miniſtrabat eis. Veſperi vero, cũ occidiſſet ſol, affere-
bant ad eum omẽs male habentes, & qui a dæmonijs agitabantur
Et ciuitas tota cõgregata erat ad oſtiũ, & ſanauit multos, qui ægro-
tabant varijs morbis, & dæmonia multa eijciebat; & non ſinebat
loqui dæmonia, quod ipſum noſſent. Et mane multa adhuc nocte
cũ ſurrexiſſet egreſſus eſt, & abijt Ieſus in deſertum locũ, ibiq; ora-
bat; & ꝑſecutus eſt eũ Simon, & qui cũ illo erãt; & cũ inueniſſent

eum, dicūt ei: Omnes te quærūt Et ait illis: Eamus in proximos vicos, vt & ibi prædicē: in hoc enim egreſſus ſum. Et prædicabat in ſynagogis eorū, in tota Galilæa, & dæmonia eijciebat Et venit ad eū Luc. 5. leproſus deprecās eum, eiq; ad genua accidēs, accidens illi: Si vis potes me mūdare. Ieſus aūt miſertus, protēſa manu, tetigit illum & dicit ei: Volo, mūdus eſto. Et cū dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mūdatus eſt: & cōminatus ei, ſtatim emiſit illum, dicitq; ei: Vide ne cui quicquā dicas: ſed abi, teipſum oſtēde principi ſacerdotum, & offer pro emūdatione tui, quæ præcepit Moſes in teſtimoniū illis Leui. 14 At ille egreſſus cœpit prædicare multa, & diuulgare ſermonē, ita vt iam nō poſſet Ieſus manifeſte introire in ciuitatē: ſed foris in deſertis locis erat, & veniebant ad eum vndiq;.

## CAPVT. II

ET iterū intrauit Capernaum poſt dies aliquot, & auditum eſt quod in domo eſſet, & protin⁹ congregati ſunt multi, adeo vt iam nō caperent eos nec illa loca quæ erant circa ianuam, & loquebatur eis ſermonē. Et veniūt ad eum ferentes paralyticū, qui a quatuor portabatur: cum nō poſſent appropinquare illi præ turba, nudauerunt tectū ædium, in quibus erat: perfoſſoq; tecto funibus demittunt grabatum, in quo paralyticus decumbebat. Mat. 9. Luc. 5 Ioan. 5. Cū aūt vidiſſet Ieſus fidem illorū, ait paralytico: Fili, remittantur tibi peccata tua. Erant aūt illic quidam de ſcribis ſedentes, & cogitātes in cordibus ſuis: Quid hic ſic loquiť blaſphemias? Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus deus? 1. Col, 2. Et protinus vbi cognouiſſet Ieſus ſpiritu ſuo, quod ſic cogitarēt inter ſeſe, dicit illis: Quid iſta cogitatis in cordibus veſtris? Vtrū eſt facilius dicere paralytico, remittanť tibi peccata: an dicere, ſurge & tolle grabbatū tuū, & ambula? Vt aūt ſciatis

quod filius homĩs habet poteſtatẽ in terra remittẽdi peccata, ait pa
ralytico: Tibi dico, ſurge ac tolle grabbatũ tuũ & abi in domũ tuã
Et ſtatim ſurrexit ſublatoq; grabbato egreſſus eſt in cõſpectu om-
niũ, adeo vt ſtupeſcerẽt omnes, & glorificarẽt deũ, dicentes: Nun-
quã ſic vidimus, Et egreſſus eſt rurſus ad mare: omniſq; turba ve-
niebat ad eũ, ac docebat eos. Et cũ præteriret Ieſus, vidit Leui, Al-
phæi filiũ, ſedentẽ ad teloneũ, & ait illi: Sequere me. Iſq; ſurgens
ſequutus eſt eũ. Et factũ eſt, cũ accumberet in domo illi⁹, multi etiã
publicani, & peccatores ſimul diſcumbebãt cũ Ieſu & diſcipulis ei⁹
erant enĩ multi qui ſequuti fuerant eũ, Et ſcribæ ac phariſæi cũ vi-
diſſent eum capientẽ cibum cũ publicanis & peccatoribus, dicebant
diſcipulis eius, Quid eſt quod cũ publicanis & peccatoribus edit ac
bibit? Hoc audito Ieſus, ait illis: Nõ opus habent qui valent medi
1. Timo, 1. co, ſed qui male habẽt. Non veni ad vocandũ iuſtos, ſed peccato-
res ad pœnitẽciã Et diſcipuli Ioannis ac phariſeorũ ieiunabãt, veni
untq;, & dicunt illi: Quare diſcipuli Ioannis & phariſæorũ ieiunãt
tui autem diſcipuli nõ ieiunant? Et ait illis Ieſus, Num poſſunt filij
thalami nuptialis, in quo cum illis ſponſus eſt ieiunare? Quamdiu
habent ſecũ ſponſum, non poſſunt ieiunare Venient autẽ dies, cum
auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Et nemo
aſſumẽtum panni rudis aſſuit veſtimẽto veteri alioquin aufert ſup-
plemẽtum eius nouũ a veteri, & peior ſciſſura fit. Et nemo mittit vi-
num muſtũ in vtres veteres, alioqui diſrumpit vinum muſtũ vtres,
& vinum effunditur, & vtres pereunt: ſed vinũ muſtum in vtres no
uos mitti debet. Et accidit, vt trãſiret ſabbatis per ſegetes, & cœpe
Matth. 12. runt diſcipuli eius inter viam vellere ſpicas: & phariſæi dicebant
Luc. 6. ei: Ecce cur faciunt ſabbatis quod nõ licet? Et ipſe ait illis: Nun-

quã legiſtis quid fecerit Dauid, cũ opus haberet, & eſuriret ipſe, & 1. Reg. 21
qui cum eo erant? quomodo ingreſſus ſit in domũ dei ſub Abia-
thar principe ſacerdotũ: & panes propoſitiõis comederit, quos nõ
licet edere niſi ſacerdotibus: & dederit etiã his qui ſecum erant?
Et dicebat illis: Sabbatum propter hominẽ factum eſt, non homo
propter ſabbatum. Itaq; dominus eſt filius hominis etiã ſabbati.

## CAPVT. III.

ET introiuit iterũ in ſynagogam, & erat ibi homo arefactã ha- Luc. 18
bens manũ: & obſeruabãt eũ, an ſabbatis ſanaturꝰ eſſet eũ, Mat. 12.
vt accuſarẽt illũ. Et ait homini habẽti manũ arefactã: Surge in me
dium, Et dicit illis: Vtrũ licet ſabbatis benefacere, an maleſacere?
animã ſeruare, an occidere? At illi tacebãt. Et cũ circũſpexiſſet eos
cũ iracundia, cõdoleſcens ſuper cæcitate cordis eorũ, dicit homini:
Extende manũ tuã. Et extẽdit: & reſtituta eſt manus illius ſana, vt Ioan. 10.
altera. Egreſſi vero phariſæi, ſtatim vna cũ Herodianis conſilium
inibãt aduerſus eũ, vt illũ perderẽt. Ieſus aũt cũ diſcipulis ſuis receſ Mat. 4.
ſit ad mare: & ingens multitudo a Galilæa ſequuta eſt eũ, & ab Iu Luc. 4.
dæa, & ab Hieroſolymis, & ab Idumea, & trãs Iordonẽ, & qui circa Ioan. 6.
Tyrũ habitabãt ac Sidonẽ, hominũ multitudo magna: qui cũ au-
diſſent quæ faciebat, venerũt ad eũ. Et iuſſit Ieſus diſcipulis ſuis, vt
nauicula ſibi deſeruiret, ꝑpter turbã, ne ipſum prẹmerẽt Multos eñ
ſanauerat. ita vt irruerẽt in eũ, quo illũ tãgerẽt, quotq̃t affligebant
Et ſpiritꝰ immũdi cũ illũ vidiſſent, ꝓcidebãt ei, & clamabãt dicẽtes:
Tu es filiꝰ dei: & vehemẽter intemminabat eis, ne ſe manifeſtũ face Matth. 10.
rẽt. Et aſcẽdit in montẽ ac vocat ad ſe q̃s voluit ipſe, & venerũt ad
eũ Et fecit duodecim, vt eſſent ſecũ, & vt emitteret eos ad prædicã Luc. 6.
dũ, vtq; haberẽt poteſtatẽ ſanãdi morbos eijciẽdiq; dæmõia Et im Act. 1.

poſuit Simoni nomē Petrus, & Iacobum filiū Zebedæi, & Ioannē
fratrē Iacobi: & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt, filij to-
nitrui: & Andreā, & Philippū, & Bartholomæū & Matthæum, &
Thomam, & Iacobum Alphæi filium, & Thaddæum, & Simonē
Cananæum, & Iudam Iſcariotē, qui & prodidit illum. Et veniūt in
domum, & conuenit iterum turba, ſic vt non liceret illis vel panes
edere, & cum audiſſent qui ad illum attinebant, exierunt vt manus
Matt. 12. inijcerent in eum. Dicebant enim, in furorē verſus eſt. Et ſcribæ qui
Luc. 11. ab Hieroſolymis deſcenderant, dicebant: Beelzebul habet, & per
principē dæmoniorū eijcit dæmonia. Et ad ſe vocatis eis, in para-
bolis dicebat illis: Quomodo poteſt ſatanas ſatanam eijcere? Et ſi
regnū aduerſus ſeſe diuiſum fuerit, nō poteſt ſtare regnū illud: &
ſi domus cōtra ſemetipſam diuiſa fuerit, nō poteſt ſtare domus illa
& ſi ſatanas inſurrexit aduerſus ſemetipſum, ac diuiſus eſt: non
poteſt ſtare, ſed finē habet. Nō poteſt qſquā vaſa fortis, ingreſſus
in domū illius, diripere, niſi prius fortē alligarit, & tunc domū eius
diripiet. Amē dico vobis: Omnia remittent filijs hominū peccata,
& cōuicia, quibuſcūq; cōuiciati fuerint. At qui cōuiciū dixerit in ſpi
ritū ſanctū, nō habet remiſſionē in æternū, ſed obnoxius eſt æter-
Luc. 8. no iudicio. Dicebāt enī: Spiritū immundū habet. Et veniunt mater
eius & fratres: & foris ſtantes, miſerunt ad eum qui euocarēt eum:
& ſedebat turba circa eum, dicūtq; ei: Ecce mater tua & fratres tui
foris quærunt te. Et reſpōdit eis, dicēs: Quæ eſt mater mea, & fra-
tres mei? Et cum circūſpexiſſet in circuitu circū ſe diſcipulos ſeden
tes, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enī fecerit voluntatem
dei, hic frater meus, & ſoror mea, & mater eſt.

CAPVT. IIII.

ET iterũ cœpit docere iuxta mare, & cõgregata eſt ad eũ turba Luc. 5.
multa, ita vt nauim ingreſſus, ſederet in mari, & tota turba iu= Mat. 13.
xta mare in terra erat: & docebat eos per parabolas multa: & dice= Luc. 8.
bat illis in doctrina ſua: Audite, Ecce exibat ſeminator ad ſeminan
dũ: & accidit inter ſeminandũ, aliud quidem cecidit ſecus viam, ve=
nerũtq; volucres cœli & comederũt illud. Aliud vero cecidit ſup pe
troſa, vbi nõ habuit terram multam: & ſtatim exortum eſt, quod nõ
haberet altitudinẽ terræ: ſole autem exorto, æſtu affectum eſt: & eo
quod nõ haberet radicẽ, exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas, & ſuccre
uerũt ſpinæ, & ſuffocauerunt illud, & fructum nõ dedit. Et aliud ce=
cidit in terram bonam, & dabat fructum emergentẽ atq; creſcentẽ:
& afferebat vnum triginta, & vnum ſexaginta, & vnum centum, ac
dicebat illis: Qui habet aures ad audiendũ, audiat. Cũ aũt cœpiſſet
eſſe ſolus, interrogauerunt eum hi, qui circum illum erant cũ duode
cim, de parabola, & dicebat eis: Vobis datum eſt noſſe myſteriũ re= Mat. 8.
gni dei: illis autẽ qui foris ſunt, per parabolas omnia fiunt: vt vidẽtes Ioan. 12.
videãt, & nõ cernãt: & audiẽtes audiant, & nõ intelligãt: nequãdo Eſa. 6.
cõuertant̃, & remittantur eis peccata. Et ait illis: Neſcitis parabolam Act. 28.
hanc? & quomodo omnes parabolas cognoſcetis? Seminator ille
ſermonem ſeminat. Iſti vero ſunt, quorum alij iuxta viam dicuntur,
vbi ſeminat̃ ſermo, & cũ audierint, cõfeſtim venit ſatanas, & aufert
ſermonem, qui ſeminatus eſt in cordibus eorũ. Et alij ſunt ſimiliter,
qui in petroſa ſemen excipiũt qui cum audierint ſermonẽ, ſtatim cũ
gaudio accipiũt illud & nõ habent radicẽ in ſe, ſed temporarij ſunt,
deinde coorta afflictione aut perſecutione propter ſermonem, con=
feſtim offendunt̃. Et alij ſunt qui in ſpinas ſemen excipiunt. Hi ſunt
qui ſermonem audiunt, & ſollicitudines ſeculi huius ac deceptio di=

uitiarũ, cæterarũq; rerum cupiditates introeũtes, ſuffocãt ſermonẽ,
ac redditur infructifer. Et alij ſunt qui in terrã bonã ſemẽ exceperũt
qui audiũt verbum & ſuſcipiũt, & fructificãt: ita vt aliud granũ ad-
Mat. 5. ferat triginta, aliud ſexaginta, aliud centum. Et dicebat illis: Num
Luc. 8. & 11 lucerna incendit vt ſubter modiũ ponatur, aut ſubter lectum? Nõne
Mat. 10. vt ſuper candelabrũ ponatur? Non eſt enim quicquã occultũ, quod
non manifeſtetur: neq; fuit ſecretum, ſed vt in propatulum veniat.
Mat. 7. Si quis habet aures ad audiendũ, audiat. Et dicebat illis: Videte qd
Luc. 6. audiatis: Qua menſura metimini, alij metientur vobis, & adijcietur
Mat. 13. vobis qui auditis: Qui enim habet, dabitur illi: & qui nõ habet, etiã
quod habet, auferetur ab eo. Et dicebat: Sic eſt regnum dei, quem-
admodum ſi homo iaciat ſementẽ in terram ac dormiat atq; ille ex
urgat nocte ac die: ſegeſq; germinet, ac ſurgat in altũ, dũ neſcit ille.
Vltro enim terra fructificat, primũ herbam, deinde ſpicam, deinde
plenũ frumentũ in ſpica: cum autẽ productus fuerit fructus, ſtatim
mittit falcem, quoniã adeſt meſſis. Et dicebat: Cui aſſimilabimus re-
Luc. 13. gnum dei? aut qua collatione cõferemus illud? Eſt ſicut granũ ſina-
pis, quod cũ ſeminatũ fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus
quæ ſunt in terra: & cũ ſeminatũ fuerit, exurgit, & fit maius omnib9
oleribus: & facit ramos magnos, ita vt poſint ſub vmbra eius aues
cœli nidificare. Et talibus multis parabolis loquebat̃ eis ſermonem,
prout poterãt audire: ſine parabola vero nõ loquebatur eis: ſeorſim
autem diſcipulis ſuis exponebat omnia. Et ait illis in die illo cũ facta
Mat. 8. eſſet veſpera: Tranſeamus in vlteriorẽ ripam. Et dimiſſa turba, aſſu
Luc. 8. mũt eum, ita vt erat in naui, ſed & alie nauiculæ erãt cũ illo. Et orit̃
procella venti magna, & fluctus irruebãt in nauim, ita vt illa iam im
pleretur. Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens, & excitant

eum dicuntq; illi: Præceptor non eſt tibi curæ quod perimus? Et excitatus increpauit ventum, dixitq; mari: Tace, obmuteſce, & conquieuit ventus, factaq; eſt tranquillitas magna: & ait illis: Quid timidi eſtis adeo? Qui fit vt non habeatis fiduciam? Et timuerunt timore magno, dicebantq; inter ſeſe: Quiſnam hic eſt, quia & ventus & mare obediunt ei?

## CAPVT. V.

ET venerunt traiecto mari in regionem Gadarenorũ: egreſſoq; Mat. 8.
ei de naui, ſtatim occurrit e monumẽtis homo ſpiritui obnoxius Luc. 8.
immũdo, qui domicilium habebat in monumentis. Et neq; catenis quiſquã poterat eum ligare: propterea quod, cum ſæpe cõpedibus & catenis vinctus fuiſſet, diſcerptæ eſſent ab illo catenæ, & cõpedes eſſent cõminutæ, neq; quiſquã valuiſſet eũ domare. Et ſemp die ac nocte in mõtibus & in monumẽtis erat clamãs, & cõcidens ſeipſum lapidibus. Cum vidiſſet autẽ Ieſum eminus, cucurrit, & adorauit eũ, & clamans voce magna dixit: Quid mihi tecũ eſt Ieſu fili dei altiſſimi? adiuro te per deũ, ne me torqueas. Dicebat em̃ illi: Exi ſpiritus immũde ab homine. Et interrogabat eũ: Quod tibi nomẽ eſt? Et reſpõdit, dicẽs ei: Legio mihi nomẽ eſt, quia multi ſumus. Et deprecabat̃ eũ multũ, ne ſe emitteret extra regionẽ. Erat aũt ibi iuxta mõtes grex porcorũ magnus paſcẽs, & deprecabant̃ eũ omnes dæmones, dicẽtes: Mitte nos in porcos vt in eos introeam⁹. Et pmiſit eis ſtatim Ieſus. Et egreſſi ſpiritus immũdi, ingreſſi ſunt in porcos. Et ferebatur grex per præceps in mare. Erant autem ferme bis mille, & ſuffocati ſunt in mari. Porro qui paſcebant porcos fugerunt, & renunciauerunt in ciuitatem & in agros. Et egreſſi ſunt ad videndũ quid eſſet quod acciderat; & veniunt ad Ieſum, & vidẽt illum qui a dæmonio

vexabaṫ, ſedentē ac veſtitū, & ſanæ mentis qui habuerat legionē,
& timuerūt. Et narrauerūt illis, qui viderant, qualiter accidiſſet ei, q
dæmoniū habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eū, vt diſce-
deret de finibus ipſorum. Et cum ingreſſus eſſet nauim, rogabat illū
qui fuerat a dæmonio correptus, vt eſſet cū illo: Ieſus autem nō per-
miſit eum, ſed ait illi: Abi in domum tuam ad tuos, & annuncia illis
quanta tibi dominus fecerit, & miſertus ſit tui. Et abijt, & cœpit præ
dicare in decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus, & omnes mirabanṫ. Et
Mat. 9. cum traieciſſet Ieſus naui rurſus in vlteriorem ripam, cōuenit turba
multa ad eum, & erat circa mare. Et ecce venit quidam principum
ſynagogæ, nomine Iairus: & cū vidiſſet eū, procidit ad pedes eius,
& deprecabaṫ eum multum, dicens: Filiola mea in extremis eſt, oro
vt venias & imponas illi manus, vt ſalua ſit, & viuet. Et abijt cū illo,
& ſequebaṫ eum turba multa, & cōprimebant eum. Et mulier quæ-
dam, quæ fuerat obnoxia profluuio ſanguinis annos duodecim, fue
ratq; multa perpeſſa a cōpluribꝰ medicis, & inſumpſerat oīa ſua,
neq; quicq; adiumēti ſenſerat, ſed magis in deterius venerat: cū au
diſſet de Ieſu, venit in turba a tergo & tetigit veſtimentū eius, dice-
bat enim: Si vel veſtimēta eius tetigero ſalua ero. Et cōfeſtim ſicca-
tus eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit corpore, quod ſanata eſſet a fla-
gello. Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens virtutē ex ſeſe ꝓdiſſe,
cōuerſus in turba aiebat: Quis tetigit veſtimēta mea? Et dicebāt ei
diſcipuli ipſius: Vides turbā vndiq; præmentē te, & dicis: Quis me
tetigit? Et circūſpiciebat, vt videret eā quæ hoc fecerat. Mulier ve-
ro timens & tremēs, ſciens quod factum eſſet in ſe, venit & accidit
Luc. 7. ei, dixitq; ei omnē veritatē. Ille aūt dixit ei: Filia, fides tua te ſerua-
uit, vade cum pace, & eſto ſana a flagello tuo. Adhuc eo loquente

veniũt a principe ſynagoge, qui dicerent: Filia tua mortua eſt, quid vltra vexas magiſtrũ? Ieſus autem protinus audito ſermone qui dicebatur, ait principi ſynagogæ: Ne metuas, tantũmodo crede. Et nõ permiſit vt quiſquã ſe ſequereť, præter Petrũ & Iacobum & Ioannẽ fratrẽ Iacobi. Et venit in domũ principis ſynagoge, videtq; tumultũ ac flẽtes & eiulantes multũ: & ingreſſus, ait illis: Quid tumultuamini & ploratis? Puella nõ eſt mortua, ſed dormit. Et irridebant eũ. Ipſe vero eiectis omnibus aſſumit patrem & matrẽ puellæ, & eos qui cũ ipſo erãt: & ingrediť eo vbi puella erat iacens, & apprehenſa manu puellæ, ait illi: Tabitha, cumi: quod eſt, ſi quis interpretetur: Puella, tibi dico, ſurge. Et cõfeſtim ſurrexit puella, & ambulabat, erat enim annorũ duodecim, & obſtupuerũt ſtupore magno. Et præcepit illis vehemẽter, ne quiſquã id ſciret: & iuſſit vt dareť illi quod æderet.

## CAPVT. VI.

ET egreſſus eſt illinc, venitq; in patriam ſuam, & ſequuntur eũ Mat.13
diſcipuli ſui. Cũq; adeſſet ſabbatũ, cœpit in ſynagoga doce- Luc.4.
re: multiq; audiẽtes obſtupuerũt, dicentes: Vnde huic hæc? & quæ Ioã. 4.&.6.
eſt ſapiẽtia, quæ data eſt illi? & virtutes tales per manus eius effi-
ciuntur? Nonne hic eſt faber ille, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioſe,
& Iuda, & Simonis? Nõne & ſorores eiꝰ hic nobiſcũ ſunt? Et offen
debanť per eum. Dicebat autẽ illis Ieſus: Nõ eſt ꝓpheta cõtemptus, Mat.4.
niſi in patria ſua, & inter cognatos, & in familia ſua. Et non poterat
ibi virtutẽ vllam ædere, niſi quod paucos infirmos, impoſitis mani-
bus ſanauit: ac mirabať propter incredulitatẽ eorũ: & obambulabat
per vicos vndiq; circũiacẽtes, docẽs. Et accerſit duodecim, cœpitq; Mat.10.
eos emittere binos, ac dabat illis poteſtatẽ aduerſus ſpiritus immũ- Luc.9.
dos. Et præcepit illis, ne quid tollerẽt in viam, niſi virgam tantũ, nõ

peſam, nō panem, non in zona æs: ſed calciarentur ſandalijs, & ne
induerentur binis tunicis. Et dicebat eis: Vbicunque introieritis in
Lu. 10. domum, illic manete donec exeatis illinc. Et quicūque non recepe-
rint vos, neque audierint vos, exeuntes illinc, excutite puluerem qui
eſt ſub pedibus veſtris, in teſtimonium illis. Amen dico vobis: tole-
rabilius erit Sodomis aut Gomorrhis in die iudicij, quā ciuitati illi.
Et egreſſi prædicabant, vt reſipiſcerēt, & dæmonia multa eijciebāt:
Mat. 14. & vngebāt oleo multos ægros & ſanabāt. Et audiuit rex Herodes
(innotuerat enim nomen eius) dicebatq; Ioannes ille qui baptiza-
bat, reſurrexit a mortuis, & propterea virtutes agunt in illo. Alij di-
cebant, Helias eſt: alij vero dicebant, propheta eſt, vel tanquā vnus
ex prophetis, Cum audiſſet autem Herodes, ait: Cui ego præcidi ca
put, Ioannes iſte eſt, ipſe ſurrexit a mortuis. Nā ipſe Herodes, miſſis
ſatellitibus manus iniecerat in Ioannem, & vinxerat eum in carcere
ꝓpter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam
vxorem. Dicebat enim Ioānes Herodi: Non licet tibi habere vxorē
fratris tui. Herodias autē inſidiabatur illi, volebatq; occidere eum,
nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannē, ſciēs eum virū iuſtū ac
ſanctum, & obſeruabat eum: auditoq; eo multa faciebat, & libenter
eum audiebat. Et cum dies opportunus accidiſſet, cum Herodes in
natalicijs cœnam faceret primatibus ac tribunis, & primoribus Ga-
lilææ, cūq; introiſſet filia ipſius Herodiadis, ac ſaltaſſet, placuiſſetq;
Herodi ac ſimul accumbētibus, rex ait puellæ: Pete a me quod vis,
& dabo tibi. Et iurauit illi, quicquid a me petieris, dabo tibi vſq; ad
dimidium regni mei. At illa egreſſa dixit matri ſuæ: Quid petā? Illa
vero dixit: Caput Ioannis baptiſtæ. Et ingreſſa ſtatim cum feſtina-
tione ad regem, petiuit dicens: Volo vt protinus des mihi in lance

caput Ioannis baptiſtæ. Et dolore affectus rex, propter iuſiurandū,
eoſq; qui ſimul accumbebant, noluit eam reijcere. Et confeſtim rex
miſſo ſpiculatore, iuſſit inferri caput eius. At ille abijt, ac decollauit
eum in carcere: & attulit caput eius in lance, & dedit illud puellæ, &
puella dedit illud matri ſuæ. Quo audito, diſcipuli eius venerunt, &
ſuſtulerunt cadauer eius, poſueruntq; illud in monumento. Et con-
gregant apoſtoli ad Ieſum, ac renūciauerūt ei oīa, & quæ egiſſent,
quæq; docuiſſent. Et ait illis: Venite vos ſoli ſeorſim in deſertū lo-
cū, & requieſcite puſillum. Erant enim qui venirent & abirēt multi:
ac ne cibum quidem capere vacabat. Et abijt in deſertum locū na-
uigio ſeorſim. Et viderunt eos abeuntes, turbæ: & agnouerunt eum
multi, & itinere pedeſtri ex omnibus ciuitatibus cōcurrerunt illuc, &
præuenerunt eos, conueneruntq; ad illum. Et egreſſus vidit turbam Mat. 9.
multam Ieſus, & affectu miſericordiæ tactus eſt erga eos, quia erāt
velut oues non habentes paſtorem. Et cœpit illos docere multa, &
cū iam multū temporis præteriſſet, acceſſerunt ad illū diſcipuli eius,
dicentes, Deſertus eſt locus, & iam multū temporis eſt, dimitte illos,
vt abeant in circūiacentes villas, ac vicos: emantq; ſibi panes: nam
quod edant, nō habent. At ille reſpōdens ait illis: Date illis vos qđ
edant. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denarijs panes, &
demus illis quod edant? At ille dicit eis: Quot panes habetis? Ite &
videte. Et cū cognouiſſent, dicūt: Quinq;, & duos piſces. Et pręcepit Luc. 6.
illis vt accūbere facerēt omnes, diſtributis cōuiuijs in viridi grami-
ne. Et diſcubuerūt diuiſi in viridaria cēteni & qnquageni. Et cū acce
piſſet qnq; panes ac duos piſces, ſublatis in cœlū oculis bn̄dixit, ac
fregit panes, deditq; diſcipulis ſuis vt apponerēt illis: & duos piſces
diuiſit oīb9. Et comederūt oēs & ſaturati ſūt: & ſuſtulerūt fragmētorū

duodecim̃ cophinos plenos, & de piſcibus. Erant autem qui comederant circiter quinq; millia virorũ. Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos cõſcendere nauim, vt præcederẽt tranſmiſſo mari Bethſaidam, dũ ipſe dimitteret turbã. Et cũ dimiſiſſet eos, abijt in montẽ ad orandũ Et cũ veſpera aduenisſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra, viditq; eos laborãtes in remigãdo: erat enim ventus contrarius eis. At circa quartã vigiliã noctis venit ad eos, ambulans ſuper mare, & volebat præterire eos. At illi vt viderũt eum ambulantem ſuper mare, putauerũt ſpectrum eſſe, & exclamauerũt: Omnes eñ videbant eum, & cõturbati ſunt: & ſtatim locutus eſt cum eis, dixitq; eis: Confidite, ego ſum, ne terreamini. Et aſcendit ad illos in nauim, & cõquieuit ventus: & vehementer ſupra modum intra ſeſe ſtupebant & admirabantur. Non enim intellexerant de panibus: erat eñ cor eorum obcæcatũ. Et cum traieciſſent, venerunt in terram Genezareth, & applicuerũt in portum. Cũq; egreſſi eſſent de naui, continuo agnouerunt eum: ac percurrentes totam vndiq; regionẽ illam, cœperunt in grabatis eos qui male habebant circumferre, cum audiſſent eum illic eſſe: & quocũq; introiſſet in vicos, aut in ciuitates, aut in villas, in plateis ponebant infirmos, & deprecabãtur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent: & quotquot tangebãt eum, ſalui fiebant.

## CAPVT. VII.

ET cõueniunt ad eum phariſæi, & quidam de ſcribis qui venerant Hieroſolymis: & cũ vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius comunibus manibus, id eſt illotis, edere panes, incuſabãt: nam phariſæi & omnes Iudæi, niſi crebro lauerint manus, nõ capiũt cibum, tenentes inſtituta maiorum, & a foro venientes niſi loti fuerint, non

comedũt. Et alia multa ſunt, quæ ſuſceperũt ſeruãda: nẽpe lotiones
poculorũ & vrceorũ & æramẽtorũ & lectorũ. Deinde interrogãt eũ
pharisæi & ſcribæ: Quare diſcipuli tui nõ ambulãt iuxta ritũ tradi- Matth. 15.
tũ a maioribus, ſed illotis manibus edũt panem? At ille reſpõdẽs di
xit eis: Bene vaticinatus eſt Eſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptũ Eſa. 29
eſt: Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorũ lõge eſt a me: in va-
nũ autẽ me colũt, docẽtes doctrinas, præcepta hominũ. Nã omiſſo
præcepto dei, tenetis cõſtitutiones hominũ, ablutiões vrceorũ & po
culorũ, aliaq; ſimilia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene, reijcitis
præceptũ dei, vt cõſtitutionẽ veſtrã ſeruetis. Moſes eñ dixit: Hono- Exo. 20.
ra patrẽ tuũ & matrẽ tuã: & q maledixerit patri vel matri, morte mo Deut. 5
riat. Vos autẽ dicitis: Si dixerit homo patri vel matri corban, quod Leui. 20
eſt, donũ quodcũq; ex me, in tuũ cedet cõmodũ: & præterea nõ ſi-
nitis eũ quicquã facere patri ſuo aut matri ſuæ, & irritũ facitis verbũ
dei p cõſtitutionẽ veſtrã, quã tradidiſtis. Et ſimilia huiuſmodi multa
facitis. Et cũ aduocaſſet ad ſe totã turbam, dicebat illis: Audite me
oẽs, & intelligite: Nihil eſt extra hominẽ introiens in eũ, qđ poſſit
eũ inquinare: ſed quæ de homine ꝓcedũt, illa ſunt quæ inquinãt ho
minẽ. Si quis habet aures ad audiendũ, audiat. Et cum introiſſet in
domũ ſemotꝰ a turba, interrogabãt eũ diſcipuli eiꝰ de ſimilitudine.
Et ait illis: Adeo & vos intelligẽtia caretis? Nondũ intelligitis, qđ
omne foris introiens in hominẽ nõ poteſt eũ inquinare: qa nõ intrat
in eius cor, ſed in ventrẽ: & in ſeceſſum exit, repurgãs omnes eſcas?
Dicebat autẽ, Quod ab homine exit, illud inquinat hominẽ. Ab inte
rioribus eñ de corde hominũ malæ cogitatiões ꝓcedũt, adulteria,
ſtupra, homicidia, furta, auariciæ, fraudes, dolus, impudicitia, ma-
lus oculus, cõuicia, ſuperbia, ſtulticia: omnia hæc mala ab internis ꝓce

cedunt, & inquinãt hominẽ. Et inde ſurgẽs, abijt in confinia Tyri ac
Sidonis, & ingreſſus domum, neminẽ voluit ſcire, nec potuit latere.
Mulier em̃ ſtatim vt audiuit de eo, cuius filiola habebat ſpiritum im
mundũ venit & accidit ad pedes eius. Erat em̃ mulier Græca Syro-
phœniſſa genere, & rogabat eum vt dæmoniũ eijceret de filia ſua.
Ieſus autẽ dixit illi: Sine prius ſaturari filios. Non eſt em̃ honeſtũ, ſu
mere panẽ filiorum, & proijcere catellis. At illa reſpõdit & dicit illi:
Etiam domine: nam catelli quoq; comedunt ſub menſa de micis fi-
liorũ. Et ait illi: Propter iſtum ſermonẽ vade, exijt dæmoniũ a filia
tua. Et cum abiſſet domũ ſuam, reperit dæmoniũ exiſſe, & filiam ia-
centẽ ſuper lectum. Et rurſum egreſſus de finibus Tyri ac Sidonis,
venit ad mare Galilææ per medios fines decapolis, & adducunt ei
ſurdum, impeditæq; linguæ, & deprecant̃ eũ, vt imponat illi manũ:
& cum apprehẽdiſſet eum de turba ſeorſim, miſit digitos ſuos in au
riculas eius: & ſputo emiſſo: tetigit linguã eius, ac ſuſpiciẽs in cœlũ,
Infra.9 ingemuit, & ait illi: Ephphatha, quod eſt aperire, & ſtatim apertæ
ſunt eius aures, & ſolutũ eſt vinculũ linguæ eius, ac loquebat̃ recte:
Gen.1. ac præcepit illis, ne cui dicerent. Sed quo magis ille eis præceperat
hoc potius amplius prædicabãt: & ſupra modum ſtupebãt, dicẽtes:
Eccleſ.29. Bene oĩa fecit: & ſurdos facit audire, & mutos loqui. CAP. VIII

IN diebus illis, cum turba admodum multa eſſet, nec habẽt quod
manducarent, accerſitis ad ſe Ieſus diſcipulis, ait illis: Miſericor-
Matth.15. dia tangor erga turbam, quia iam triduo manent apud me, nec ha-
bent quod edant: & ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuã, deficient
Tob.13 in via. Quidam enim ex eis e longinquo venerunt. Et reſponderunt
Eſa.60 ei diſcipuli ſui: Vnde iſtos quis poterit hic ſatiare panibus in ſolitu-
dine? Et interrogauit eos Quot panes habetis? Illi vero dixerunt:

Septē.Et præcepit turbæ diſcūbere ſup terrā.Et acceptis ſeptē pani
bus,cū gratias egiſſet,fregit,deditq; diſcipulis ſuis,vt apponerēt:&
appoſuerūt turbæ,& habebāt piſciculos paucos:& cū benedixiſſet,
iuſſit & apponi hos.Comederūt autē & ſaturati ſunt, ac ſuſtulerunt
quæ ſuperfuerāt,fragmētorū ſeptē ſportas. Erāt autē q comederāt
ferme quater mille,& dimiſit illos. Et mox ingreſſus in nauim cum
diſcipulis ſuis,venit in partes Dalmanutha.Et egreſſi ſunt phariſæi,
cœperūtq; diſputare cū illo,quærētes ab eo ſignū e cœlo, tentantes Matth.16.
eū:& cū ingemuiſſet ſpiritu ſuo dicit:Cur generatio hæc ſignū quæ- Io.2. &.6.
rit? Amē dico vobis,ſi dabiť generatiōi huic ſignū.Et relictis illis in Matth.12.
greſſus rurſus nauim,abijt traiecto lacu.Et obliti fuerāt ſumere pa- Luc.11.
nes,nec præter vnū panē habebāt ſecū in naui.Ac præcepit illis di- Luc.13.
cēs:Videte,cauete a fermēto phariſæorum, & a fermēto Herodis.
Et diſputabāt inter ſeſe dicētes:Panes non habemus. Et eo cognito
Ieſus dicit illis: Quid diſputatis,qď panes nō habetis? Nondū ani-
maduertitis nec intelligitis? adhuc obcæcatū habetis cor veſtrum?
oculos habētes,nō cernitis,& aures habētes,nō auditis? & nō me-
miniſtis? Cū quinq; panes fregiſſem in hominū qnq; milia quot co- Io.6.
phinos fragmētis plenos ſuſtuliſtis? Dicūt ei:Duodecim.Cum autē
ſeptē in quatuor milia,quot ſportas ex reliquijs fragmētorū tuliſtis?
Illi vero dixerunt: Septē.Et dixit illis: Qui fit vt nō intelligatis? Et
venit Bethſaidam,& adducunt illi cæcum,& obſecrāt eū vt illū tan
geret.Et apprehēſa manu cæci,eduxit illum extra vicū: & cum ex-
puiſſet in oculos illius,impoſuiſſetq; illi manus, interrogauit eum, ſi
qd videret,& recepto viſu,dicebat: Video homines, quoniā velut
arbores cerno ambulātes.Deinde rurſum impoſuit man⁹ ſup oculos
illius, & fecit vt viſum reciperet: & reſtitutus eſt, ac denuo vide-

bat dilucide omnes, & dimiſit illũ in domũ ſuã, dicẽs: Neq; in vicũ
Luc. 9. ingrediaris, neq; dixeris cuiq; in vico. Et egreſſus eſt Ieſus & diſci-
puli illius in vicos Cæſareæ, quæ cognominat̃ Philippi: & in via in-
terrogauit diſcipulos ſuos, dicẽs: Quẽ me dicunt homines eſſe? Illi
vero reſpõderũt: Ioannẽ baptiſtã, & alij Heliã, alij rurſus vnũ de nu
mero ꝓphetarũ. Et ipſe dicit illis: At vos quẽ me dicitis eſſe? Re-
ſpondẽs autẽ Petrus, dicit illi: Tu es ille Chriſtus. Et interminatꝰ eſt
eis, ne cui dicerẽt de ſe. Et cœpit docere eos, quod oporteret filiũ ho
minis multa pati, & reprobari a ſenioribus ſummiſq; ſacerdotibus
ac ſcribis & occidi, & poſt tres dies reſurgere: & aperte ſermonẽ lo-
quebat̃. Et apprehẽdit illũ Petrus, cœpitq; increpare eum. At ille cõ
uerſus, & intuitus diſcipulos ſuos, increpauit Petrũ, dicens: Abi poſt
me ſatana: quoniã non ſapis quæ dei ſunt, ſed quæ ſunt hominũ. Et
Luc. 14. cum ad ſe vocaſſet turbã vna cũ diſcipulis ſuis, dixit illis: Quicunq;
Luc. 17. vult ſequi me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã, ac ſequatur
me. Nam quiſquis voluerit animã ſuã ſeruare, perdet eã. Quiſquis
aũt ꝑdiderit animã ſuã cauſa mea & euãgelij, hic ſeruabit eã. Quid
enĩ ꝓfuerit homini ſi lucratꝰ fuerit mundũ totũ, & animæ ſuæ iactu-
Matth. 10. rã fecerit? Aut qd daturus eſt homo, quo repẽſet animã ſuã? Quẽ-
cũq; enĩ puduerit mei ac meorũ ſermonũ in generatiõe hac adulte-
ra & peccatrice, pudebit illius & filiũ hominis, vbi venerit in gloria
patris ſui cum angelis ſanctis.

## CAPVT. IX.

Matth. 19. ET dicebat illis: Amen dico vobis: Sunt quidã inter eos qui hic
Luc. 9. ſtãt, qui nõ guſtabũt mortẽ, donec viderint regnũ dei veniſſe
Matth. 17. cũ virtute. Ac poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrũ & Iacobũ ac Ioannẽ,
& ſubducit eos in montẽ excelſum ſeorſim ſolos, & trãſformatꝰ fuit
corã illis: & veſtimenta illius facta ſunt ſplẽdida, & candida valde

velut nix, q̄ꝫ cādida facere nō poteſt fullo ſup terrā: & cōſpectus eſt
illis Helias cū Moſe, colloquebāturq́ꝫ cū Ieſu. Et reſpondēs Petrus,
dicit Ieſu: Rabbi, bonū eſt nos hic eſſe, & faciamus tabernacula tria,
tibi vnū, & Moſi vnū, & Heliæ vnū. Nō enī nouerat quid loquereť:
erāt enim expauefacti. Et facta eſt nubes, quæ obumbrauit illos. Et
venit vox e nube, dicēs: Hic eſt filius meꝰ dilectus ipſum audite. Et
repēte cū circūſpexiſſent, nō amplius viderūt quēquam, ſed ſolum
Ieſum eſſe ſecū. Porro cū deſcēderēt de monte, præcepit illis, ne cui
dicerēt ea quæ viderāt, niſi cū filius hominis a mortuis reſurrexiſſet.
Ac verbū hoc tenuerūt apud ſeſe, inter ſe diſputātes, quid eſſet hoc
qđ dixerat, e mortuis reſurgere: & interrogabāt illū, dicentes: Quid
eſt qđ ſcribæ dicūt, Heliā oportere venire prius? Ille vero reſpōdēs
dixit illis: Helias quidē vbi venerit prius, reſtituit omnia: & quēad-
modū ſcriptū eſt de filio hominis, vt multa patiatur, & cōtemnatur.
Verū dico vobis, Heliā veniſſe: & fecerūt illi quæcūq́ꝫ voluerūt, ſicut
ſcriptū erat de illo. Et cū veniſſet ad diſcipulos ſuos, vidit turbā mul
tam circū illos, & phariſæos diſceptātes cū illis. Et ꝓtinus vniuerſa
turba cū vidiſſet eū, obſtupuit: & accurrētes ſalutauerūt eū. Et inter-
rogauit ſcribas: Quid diſceptatis cū illis? Et reſpōdēs vnus e turba
dixit: Præceptor, adduxi filiū meū ad te, habentē ſpiritū mutum: &
quādocūq́ꝫ eū corripuerit, lacerat eū: atq́ꝫ ille ſpumat, ac ſtridet den
tibus ſuis, & areſcit. Et dixi diſcipulis tuis vt eijcerēt, & nō potuerūt.
At ille reſpondēs ei, dicit: O natio incredula, quouſq́ꝫ apud vos ero?
quo vſq́ꝫ patiar vos? Adducite illū ad me. Et adduxerūt illū ad eū.
At viſo illo, cōtinuo ſpiritus diſcerpebat eū. Et ꝓlapſus in terra vo-
lutabať ſpumās. Et interrogauit patrē illius: Quantū tēporis eſt, qđ
hoc accidit ei: At ille dixit: A puero: & frequēter illū & in ignē abie-

eſt, & in aquas, quo perderet eum. Age ſi quid potes, ſubueni nobis
miſertus noſtri. Ieſus autẽ dixit illi: Illud ſi potes credere: oīa poſſibi
lia credẽti. Et cõfeſtim exclamãs pater pueri cum lachrymis dixit:
Credo dñe, ſuccurre incredulitati meæ. Cũ vidiſſet autẽ Ieſus, quod
turba ſimul accurreret, increpauit ſpiritũ immundũ, dicẽs illi: Spirit⁹
mute, & ſurde, ego tibi impero, exi ab eo: & ne poſthac ingrediaris
in illũ. Et cũ clamaſſet ſpiritus, multũq; diſcerpſiſſet eũ, exiuit: & fa-
ctus eſt tãq; mortu⁹, adeo vt multi dicerẽt, mortu⁹ eſt. At Ieſus cor-
repta manu illius, erexit eum, & ille ſurrexit. Et cum eſſet ingreſſus
domũ, diſcipuli illius interrogabãt eũ ſeorſim: Cur nos nõ quiuimus
Mat..7 eiĳcere illum? Et dixit illis: Hoc genus nulla re poteſt exire, niſi ꝑ ora-
tionẽ & ieiuniũ. Et illinc digreſſi, iter fecerũt ꝑ Galilæã, nec volebat
vt quiſquã ſciret: docebat enĩ diſcipulos ſuos, & dicebat illis: Filius
hoīs tradiť in manus hominum, & occidẽt eum: & occiſus tertio die
reſurget. At illi ignorabãt qđ dixerat, & timebãt eũ interrogare. Et
Mat. 18. venit Capernaum: & cum veniſſet in domũ, interrogauit illos, quid
in itinere inter vos diſputabatis? At illi ſiluerunt. Nã inter ſe diſputa
uerãt inter viã qs eſſet maior. Et cũ cõſediſſet, accerſiuit duodecim,
& dicit illis: Si quis vult primus eſſe, is erit omniũ poſtremus, & oīm
Matth. 20 miniſter. Atq; arreptũ puerũ ſtatuit iu medio illorum: & cũ cœpiſſet
Luc. 19. illum in vlnas ſuas, dixit illis: Quiſquis vnum ex talibus pueris rece-
perit noīe meo, me recipit: & quicunq; me recipit, nõ me recipit, ſed
eum qui miſit me. Reſpõdit autẽ ei Ioãnes, dicẽs: Præceptor, vidim⁹
quendã noīe tuo eiĳcere dæmonia, nec ſequiť nos: & ꝓhibuim⁹ illũ,
1. Cor. 12. ꝓpterea qđ nõ ſequiť nos. At Ieſus ait: Ne ꝓhibeatis illum. Nullus
enĩ eſt, qui ſi fecerit virtutẽ per nomẽ meum, poſſit cito male loqui
de me. Qui enĩ nõ eſt aduerſus nos, ꝓ nobis eſt. Quiſquis enĩ ad bi-

bendum dederit vobis calicem aquæ nomine meo, qđ ſitis Chriſti?
amen dico vobis nequaquã perditurus eſt mercedẽ ſuam. Et quiſ-
quis offenderit vnũ ex puſillis. qui confidunt in me melius foret illi,
ſi circundaret̃ ſaxum molare circa ceruicẽ eius, & abijceret̃ in mare.
Et ſi tibi fuerit obſtaculo manus tua, amputa illã. Bonum eſt tibi mu- Luc, 17.
tilum ad vitã ingredi potius quã duas manus habentẽ abire in ge-
hennã, in ignẽ inextinguibilẽ: vbi vermis illorum nõ morit̃, & ignis
nõ extinguit̃. Et ſi pes tuus fuerit tibi obſtaculo, amputa illum. Bonũ
eſt vt ingrediaris ad vitã claudus, potius quam duos pedes habens Eſa. 66
mittaris in gehennã, in ignẽ inextinguibilẽ, vbi vermis illorũ nõ mo
rit̃, & ignis nõ extinguit̃. Et ſi oculus tuus tibi obſtaculo eſt, erue illũ.
Bonũ eſt tibi vt luſcus introeas in regnũ dei, poti⁹ quã vt duos ocu-
los habẽs mittaris in gehennã ignis: vbi vermis eorum nõ morit̃, &
ignis nõ extinguit̃. Nã oĩs homo igne ſaliet̃, & oĩs victima ſale ſa-
liet̃. Bona res eſt ſal: cæterũ ſi ſal inſulſus fuerit, p quid ipſum cõdie- Mat. 5.
tis? Habete in vobiſipſis ſalem, & pacẽ habete inter vos inuicẽ. Luc, 14.

## CAPVT. X,

ET cum inde ſurrexiſſet, venit in fines Iudææ per regionẽ quæ Mat. 19
eſt vltra Iordanẽ: & cõueniunt rurſum turbæ ad illum, & ſicut
conſueuerat rurſum docebat eas. Et adeuntes phariſæi interroga-
bant illum: Licet ne viro vxorem repudiare? tentantes illum. At ille
reſpondens, dixit illis: Quid vobis præcepit Moſes? At illi dixerũt: Deut, 24.
Moſes pmiſit libellum repudij ſcribere, ac dimittere. Et reſpõdens
Ieſus, dixit illis: Ad duriciã cordis veſtri ſcripſit vobis pceptũ iſtud:
cæterum ab initio creationis maſculum & fœminam fecit illos deus. Gen. 1.
Propter hoc relinquet homo patrẽ ſuũ & matrẽ, & adhærebit vxori Ephe. 5.
ſuæ, & fient duo caro vna. Itaque non iam ſunt duo, ſed vna caro. 1, Cor, 6,

Qđ igiť deus copulauit, homo ne ſeparet. Et in domo rurſum diſci-
Luc. 16 puli illius eadē de re interrogauerūt illū. Et dicit illis: Quicūq; repu
diauerit vxorē ſuā, & duxerit aliā, adulteriū cōmittit aduerſus illā.
Mat. 16. Et ſi mulier repudiauerit virū ſuū, & nupſerit alteri, adulterium cō-
Luc. 18. mittit. Et attulerūt ad illū puellos, vt tāgeret illos: diſcipuli vero in-
crepabāt eos qui adducebāt. Cū vidiſſet aūt Ieſus, indignatus eſt, &
dixit illis: Sinite puellos venire ad me, ne ꝓhibete illos: taliū eñi eſt
Luc. 10. regnū dei. Amē dico vobis: Quicūq; nō acceperit regnū dei tāq̄; pu
ellus, haud quaquā ingredieť in illud. Et cū cepiſſet illos in vlnas, im
poſitis manibus ſup illos, benedixit eis. Et cū exiret in viā, accurrit
quidā ac genua flexit illi, & interrogabat eū: Præceptor bone quid
Exo. 20. faciā, vt vitā æternā poſſideā? Ieſus aūt dixit illi: Cur me dicis bonū?
Roma. 8 Nemo bonus niſi vnus, nempe deus. Præcepta noſti. Ne committas
adulteriū: ne occidas: ne fureris: ne falſum teſtimoniū dicas: ne frau
des: honora patrē tuū & matrē. At ille reſpōdēs dixit illi: Præceptor,
hæc om̄ia ſeruaui ab adoleſcētia mea. Ieſus aūt intuitus illū, dilexit
eū, & dixit illi: Vnū tibi deeſt: Abi quæcūq; habes vēde, & da pau-
peribus, & habebis theſaurū in cœlo, & veni ſequere me, ſublata in
humeros cruce. At ille moleſtia affectus ꝓpter ſermonē, diſcedebat
mœrēs: habebat eñi poſſeſſiōes multas. Et cū circūſpexiſſet Ieſus, di
cit diſcipulis ſuis: Quā difficulter hi qui pecunias habēt, in regnū dei
intrabūt. Diſcipuli vero obſtupuerūt ſup verbis illiꝰ. At Ieſus rurſum
reſpondēs, dicit illis: Filij, quā difficile eſt eos, qui fiduciā habent in
pecunijs, regnū dei ingredi. Facilius eſt camelū p foramē acus ingre
di, quā diuitē in regnū dei ingredi. Illi vero ſupra modum admirati
ſunt, dicētes intra ſeſe: Et quis poteſt eſſe ſaluus? Intuitus aūt Ieſus
illos, dicit: Apud homines impoſſibile, nō apud deū: nā om̄ia poſſi-

bilia ſunt apud deũ. Et cœpit Petrus dicere illi: Ecce reliquimus oĩa, & ſequuti ſumus te. Reſpondẽs autem Ieſus dixit: Amẽ dico vobis: Nullus eſt qui reliquit domũ, aut fratres, aut ſorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut vxorẽ, aut liberos, aut agros mea cauſa & euãgelij, quin recipiat cẽtupla nũc in tempore hoc, domus & fratres, & ſorores, & matres, & liberos, & agros cũ perſecutionibus, ac in ſeculo venturo vitã æternã. Multi aũt primi, erũt poſtremi: & poſtremi, primi. Erant autẽ in via aſcẽdẽtes Hieroſolyma: & præcedebat illos Ieſus, erãt- Mat. 20.
q; pauefacti, & ſequẽtes timebãt. Et aſſumptis Ieſus rurſum duodecim, cœpit illis dicere, quæ ſibi euẽtura eſſent. Ecce aſcẽdimus Hieroſolyma, & filius hominis tradeť principib9 ſacerdotũ & ſcribis & cõdemnabũt eũ ad mortẽ: & tradẽt illũ gẽtibus, & illudẽt illi, & flagellabũt eũ, & inſpuẽt in illũ, & occidẽt eũ, & tertia die reſurget. Et accedũt ad eũ Iacobus & Ioãnes filij Zebedæi, dicẽtes: Præceptor, volumus vt qcquid petierimus, facias nobis. Ille vero dixit eis: Quid me vultis facere vobis? Illi vero dixerũt ei: Da nobis vt vnus tibi a dextris, & alter tibi a ſiniſtris ſedeamus in gloria tua. Ieſus aũt dixit illis: Neſcitis quid petatis: poteſtis bibere poculũ, quod ego bibo? & baptiſmate, quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerũt ei: Poſſum9. Ieſus aũt dixit illis: Poculũ quidẽ quod ego bibo, bibetis: & baptiſmate quo ego baptizor, baptizabimini. Cæterũ ſedere mihi a dextris ac ſiniſtris, nõ eſt meũ dare, ſed ijs cõtinget quibus paratũ eſt.
Et cũ audiſſent decem cœperũt indignari de Iacobo & Ioãne. Ieſus Luc. 22
aũt cũ vocaſſet eos ad ſe, dicit illis: Scitis, quod qui videnť imperare gẽtibus, dominiũ exercẽt aduerſus illas. Et qui magnates ſunt inter eas, poteſtatẽ exercẽt in illas. Verũ nõ ſic erit inter vos: ſed quicũq; voluerit ex vobis fieri magnus inter vos, erit miniſter veſter. Et qui-

Ioan, 11. cunq; voluerit ex vobis eſſe primus, erit omnium ſeruus. Nam & fi-
lius hominis nõ venit vt ſibi miniſtraretur, ſed vt ipſe miniſtraret, ac
daret animã ſuã redemptionẽ pro multis. Et veniunt Hiericho: cũq;
egrederet̃ ab vrbe Hiericho, ac diſcipuli illius, & turba copioſa, fi-
lius Timæi Bartimæus cæcus ſedebat iuxta viã mẽdicãs: & cum au-
diſſet qđ Ieſus Nazaræнus eſſet, cœpit clamare, & dicere: Fili Da-
uid Ieſu, miſerere mei. Et increpabant illum multi, vt taceret. At ille
multo magis clamabat: Fili Dauid, miſerere mei. Et ſtetit Ieſus, ac
iuſſit illum vocari: & vocãt cæcum, dicẽtes illi: Bono animo eſto: ſur-
ge, vocat te. Ille vero abiecto pallio ſuo, ſurrexit & venit ad Ieſum.
Et reſpondẽs dicit illi Ieſus: Quid vis faciã tibi? Cæcus autẽ dixit ei:
Raboni, vt viſum recipiã. Ieſus autẽ dixit illi. Abi, fides tua ſaluũ te
reddidit, ac protinus recepit viſum, & ſequebat̃ Ieſum in via.

## CAPVT. XI.

Mat, 21 Luc. 19. ET cum appropinquãt Hieroſolymis ad Bethphage & Betha-
niã iuxta montẽ oliuarũ, emittit duos e diſcipulis ſuis, & dicit
illis: Abite in vicum qui cõtra vos eſt, & ſtatim ingrediẽtes in illum,
inuenietis pullum alligatũ, ſupra quẽ nullus hominum ſedit: ſoluite
eum & adducite. Et ſi quis vobis dixerit: Cur facitis hoc? Dicite, qđ
dñs eo opus habet, & cõtinuo illum mittet huc. Abierũt autẽ, & inue-
nerunt pullum alligatũ iuxta ianuã foris in biuio, & ſoluũt illum. Et
nõnulli eorum qui illic ſtabãt, dicebãt illis: Quid facitis ſoluẽtes pul-
lum? At illi dixerunt eis, quẽadmodũ præceperat Ieſus, & ſinebãt
illos. Et adduxerunt pullũ ad Ieſum, & iniecerunt illi veſtimẽta ſua,
ſeditq; ſup illũ. Multi vero veſtimẽta ſua ſternebãt in viã. Alij vero
frondes incidebãt ex arboribus, & ſternebãt in viã. Et qui præcede-
bãt, quiq; ſequebant̃, clamabãt, dicẽtes: Hos anna: benedictus qui

venit in nomine domini patris noſtri Dauid, hos anna in altiſſimis.
Et ingreſſus eſt Hieroſolyma dominus & in templum. Et cum circũ-
ſpexiſſet omnia, iamq; tempus eſſet veſpertinũ, egreſſus eſt Betha-
niã cum duodecim: & poſtero die cũ exiſſent Bethania, eſuriijt: cũq;
vidiſſet arborẽ fici procul habentẽ folia, veniebat ſi videlicet inuen-
turus eſſet aliquid in illa: & cum veniſſet ad illam, nihil inuenit niſi
folia. Nõ eñ erat tempus ficorum. Et reſpondẽs Ieſus dixit ficui: Ne
poſthac ex te in æternũ quiſquã fructum edat. Et audiebãt diſcipu-
li illius, veniũtq; Hieroſolyma. Et ingreſſus Ieſus in templum, cœpit Ioan. 2
eijcere eos, qui vendebãt & emebãt in tẽplo: & mẽſas argẽtariorũ,
& ſellas vendentiũ columbas ſubuertit: & non permiſit, vt quiſquã
deportaret vas ꝑ templũ, & docebat, dicẽs illis: Nõne ſcriptum eſt: Eſa. 56
Domus mea domus precationis vocabiť omnibus gẽtibus? vos aũt Hiere. 7.
feciſtis eam ſpeluncã latronũ. Et audierunt ſcribæ principeſq; ſacer
dotũ, & quærebãt quomodo illum eſſent perdituri. Timebant enim Ioan. 7.
eum, quod tota turba admirabať doctrinã illius. Et cũ veſpera iam
eſſet egreſſus eſt Ieſus e ciuitate & mane prætereuntes, viderũt ficũ
exaruiſſe radicitꝰ: & recordatus Petrus, dicit illi: Rabbi, ecce ficus illa
quam execratus es, exaruit. Et reſpondens Ieſus, dicit illis: Cõfidite Mat. 17.
deo. Amẽ dico vobis, quod quicũq; dixerit monti huic: Tollaris ac Luc. 17.
mittaris in mare, & nõ hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, fore
quæ dixerit, erit illi quicquid dixerit. Propterea dico vobis: quæcũ-
q; orãtes petitis, credite qđ accipitis & erunt vobis. Et cum ſteteritis Ioan. 14.
orãtes, remittite ſi quid habetis aduerſus aliquẽ: vt & pater veſter,
qui in cœlis eſt, remittat vobis delicta veſtra. Et veniũt rurſum Hie- Mar. 6.
roſolymã: & cum ambularet in templo, veniunt ad illum principes
ſacerdotum, & ſcribæ, & ſeniores, & dicunt illi: Qua autoritate

hæc facis, & quis tibi dedit autoritatē iſtam, vt iſta facias? Ieſus aūt
reſpondēs, dixit illis: Quærā a vobis & ipſe quiddā, & reſpondete
mihi, & dicā vobis qua autoritate hæc faciā. Baptiſmus Ioānis vtrū
e cœlo erat, an ex hominibus? Reſpōdete mihi. Et cogitabāt apud
ſe, dicētes: Si dixerimus, e cœlo, dicet: Cur igit̃ nō credidiſtis illi? At
ſi dixiſſent, ex hominibus, timebāt populū. Omnes em̄ habebāt Io-
annē, quod vere ꝓpheta fuiſſet. Et reſpōdētes, dicūt Ieſu: Neſcim⁹.
Et Ieſus reſpondens dicit illis: Nec ego dicam vobis, qua autoritate
hæc faciam.

## CAPVT. XII.

Mat. 21 ET cœpit illis ꝑ parabolas loqui. Vineā plātauit homo, & circū-
Luc. 20 dederat ſepem, & foderat lacū, & ædificauerat turrim, & elo-
cauerat eā agricolis: & peregre ꝓfectus eſt, & miſit ad agricolas cū
opportunū eſſet ſeruū, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. At
illi arreptū illum cæciderūt, ac remiſerūt vacuū. Et rurſum miſit ad
illos aliū ſeruū: & illi cōiectis in eū ſaxis cōminuerūt caput, & remi-
ſerūt cōtumelijs affectū. Et rurſum alium miſit, & illum occiderunt:
multoſq; alios, hos quidē cædētes, illos vero occidētes. Itaq; cū vnū
adhuc haberet filiū ſuū dilectum, miſit etiā illum ad illos poſtremū,
dicēs: Reuerebunt̃ filium meū. Illi vero agricolæ dicebāt inter ſeſe:
Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & noſtra erit hæreditas. Et ar-
reptū illum, occiderūt, & eiecerūt e vinea. Quid igit̃ facturus eſt do-
minus vineæ? veniet & ꝑdet agricolas, & dabit vineā alijs. An ne
Pſal. 117 hāc quidē ſcripturā legiſtis? Lapidē quē reprobauerūt ij qui edifi-
Luc. 19 cabāt, hic factus eſt caput anguli: a domino factum eſt hoc, & eſt ad
mirabile in oculis noſtris. Et quærebāt eū cōprehēdere, & metuebāt
turbā: ſciebāt em̄, q̄ & aduerſus ipſos parabolā dixiſſet. Et relicto il-
lo abierūt, ac mittūt ad illū quoſdam e phariſæis & Herodianis, vt

eum captarent ſermone. Illi vero cũ veniſſent, dicunt ei: Præceptor
ſcimus quod verax es, & nõ curas quẽquã: nõ eñ reſpicis ꝑſonã ho
minũ, ſed cũ veritate viam dei doces. Licet cenſum Cæſari dare an
nõ? demꝰ an nõ demꝰ? Ille vero ſciẽs illorũ ſimulationẽ, dixit illis:
Quid me tẽtatis? Afferte mihi denariũ, vt videã. Illi vero attulerũt.
Et dicit eis: Cuius eſt imago hæc & inſcriptio? Illi vero dixerunt ei:
Cæſaris. Et reſpõdẽs Ieſus, dixit illis: Reddite quæ ſunt cæſaris cæ- Mat. 22.
ſari, & quæ dei ſunt deo. Et admirati ſunt de eo. Et veniunt Saddu- Roma. 13.
cæi ad illũ, qui dicũt, nõ eſſe reſurrectionẽ: interrogauerũtq; eũ, di-
cẽtes: Præceptor, Moſes ſcripſit nobis, ſi cuius frater moriat̃, ac relin Deute. 23.
quat vxorẽ, & liberos nõ relinquat, vt accipiat frater eius vxorẽ il-
lius, & ſuſcitet ſemẽ fratri ſuo. Septẽ fratres fuerũt, ac primꝰ accepit
vxorẽ, iſq; moriẽs nõ reliquit ſemẽ: & ſecũdus accepit illã ac mortuꝰ
eſt: & nec ipſe reliqt ſemẽ, & tertius ſimiliter: & acceperũt eã ſeptẽ,
nec reliquerũt ſemẽ. Poſtrema vero omniũ mortua eſt & vxor. In re
ſurrectiõe igit̃, cũ reſurrexerint, cuius illorũ erit vxor? Nam ſeptem
habuerũt eam vxorẽ. Et reſpondẽs Ieſus, dixit eis: An non ꝓpterea
erratis quod neſciatis ſcripturas, neq; virtutẽ dei? Cũ eñ a mortuis
reſurrexerint, neq; cõtrahũt matrimoniũ, neq; nuptũ dant̃, ſed ſunt
velut angeli qui in cœlis ſunt. Cæterꝝ de mortuis, quod reſuſcitant̃,
nõ legiſtis in libro Moſi, quomõ in rubo locutus ſit illi deus, dicens:
Ego ille deus Abrahã, & deus Iſaac, & deus Iacob. Nõ eſt deus mor Exod. 3.
tuorũ, ſed deus viuẽtiũ. Vos igit̃ multũ erratis. Et cũ acceſſiſſet qdã
e ſcribis, & audiſſet eos ſimul diſputãtes, videretq; quod bene re-
ſpõdiſſet eis, interrogauit illũ? Quod eſt primũ omniũ præceptorũ?
Ieſus autẽ reſpõdit illi: Primũ omniũ præceptũ eſt: Audi Iſraël, Do-
minus deus noſter, dominus vnus eſt. Et diliges dominũ deũ tuũ ex Deut. 6.

Leui. 19. toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, & ex totis
Luc. 10 viribus tuis. Hoc eſt primũ præceptũ. Et ſecundũ ſimile hoc eſt: Di-
liges ꝓximũ tuũ, vt teipſum. Maius his aliud præceptũ nõ eſt. Et di
xit illi ſcriba: Bene præceptor cũ veritate dixiſti, qđ vnus ſit deus,
& nõ ſit alius præter illũ: quodq; diligere eum ex toto corde, & ex
tota intelligẽtia, & ex tota anima, & ex totis viribus, ac diligere ꝓxi
mũ vt ſeipſum, plus ſit quã vniuerſa holocautomata & victimæ. At
Ieſus cũ videret. qđ cordate reſpõdiſſet, dixit illi: Haud lõge abes a
regno dei. Et nemo poſt illa audebat illũ interrogare. Et reſpõdens
Ieſus dicebat, docẽs in tẽplo: Quomõ dicũt ſcribæ, Chriſtũ eſſe filiũ
Pſal. 109 Dauid? nam ipſe Dauid dixit afflatus ſpiritu ſancto: Dixit dñs dño
meo, ſede a dextris mihi: Donec poſuero inimicos tuos, ſcabellũ pe
dũ tuorũ. Ipſe ergo Dauid vocat eũ dñm, & vnde filius eius eſt? Et
pleraq; turba audiebat illũ libẽter. Et dicebat illis in doctrina ſua:
Luc. 11. Cauete a ſcribis, qui amãt infulati obambulare, & amãt ſalutatiões
in foris, primaſq; ſellas in congregationibus, & primos accubitus in
cœnis: qui deuorãt domos viduarũ, & ſub prætextu longas faciunt
preces: iſti accipiẽt grauiorẽ damnationẽ. Et cũ ſederet Ieſus ex ad-
uerſo gazophylacij, ſpectabat, quomodo turba mitteret æs in gazo
Luc. 21 phylaciũ. Et multi diuites mittebãt multa. Et venit quædam vidua
pauper, miſitq; minuta duo, qđ eſt quadrãs. Vocatiſq; ad ſe diſci-
pulis ſuis, dicit illis: Amẽ dico vobis, quod vidua hæc pauper plus
miſit, quã omnes qui miſerũt in gazophylaciũ. Nam oẽs eo qđ ipſis
ſupererat, miſerũt. At hæc e penuria ſua omnia quæcũq; habebat,
miſit, totam ſubſtantiã ſuam.

## CAPVT. XIII.

Mat. 24. ET cũ exiret e tẽplo dicit illi quidã e diſcipulis illi9: Præceptor,
Luc. 19. vide quales lapides, & quales ſubſtructiones. Et Ieſus reſpõ-

dens,ait illi:Vides has magnas ſubſtructiones? Nõ relinquet lapis Luc,19.
ſup lapidẽ,qui nõ diruat.Et cum ſederet in mõte oliuarũ e regione
templi,interrogabãt illum ſecreto Petrus & Iacobus, & Ioannes &
Andreas:Dic nobis, quãdo hæc erunt? & quod ſignum eſt,quando
hæc omnia ſint cõſummãda? At Ieſus reſpondẽs illis,cœpit dicere:
Videte,ne quis vos fallat.Multi em̃ veniẽt in nomine meo dicẽtes: Lu,21
Ego ſum Chriſtus:multoſq; decipient.Cum autẽ audieritis bella &
rumores bellorũ,ne turbemini:oportet em̃ fieri:at nondũ finis.Inſur
get enim gens aduerſus gentẽ, & regnũ aduerſus regnum. Et erunt
terræmotus in ſingulis locis, & erunt fames ac turbationes.Initia do
lorum hæc.Sed cauete vos vobis.Tradent enim vos in cõcilia & in Mat.24.
ſynagogas:cædemini, & ſub præſidibus ac regibus ducemini ꝓpter
me in teſtimoniũ illis.Et apud omnes gẽtes oportet prius prædicari
euãgeliũ.Cum autẽ duxerint vos tradẽtes ne præcogitetis quid di- Ioan.16.
cturi ſitis,neq; meditemini:ſed quicquid datum fuerit vobis in illa 2.Cor.11.
hora,hoc loquamini.Nõ em̃ eſtis vos qui loquimini.ſed ſpiritus ſan
ctus.Traditurus eſt autẽ frater fratrẽ in mortẽ, & pater filiũ, & inſur-
gẽt filij aduerſus parẽtes,ac morte afficiẽt eos.Et eritis odio habiti
ab omnibus ꝓpter nomẽ meũ.Sed qui pſeuerauerit vſq; ad finẽ hic
ſaluus erit.Porro cũ videritis abominationẽ deſolatiõis, de qua di- Dan.9.
ctum eſt a Daniele ꝓpheta,ſtantẽ vbi nõ oportet:qui legerit,intel-
ligat.Tũc q fuerint in Iudæa,fugiãt ad mõtes.Qui vero fuerit in te-
cto,ne deſcendat in domũ:nec ingrediat,vt quicquã tollat e domo
ſua.Et qui fuerit in agro,ne reuertat ad ea quæ reliquit a tergo, ad
tollendũ pallium ſuum. Væ autẽ prægnãtibus & lactantibus in illis Mat,24.
diebus.Sed orate,ne fiat fuga veſtra hyeme.Erunt em̃ dies illi talis
afflictio,qualis non fuit a primordio rerum conditarum, quas con-

didit de⁹.vſq; ad hoc tēpus,nec futura eſt. Et niſi dñs abbreuiaſſet
dies,haudquaquā ſalua fuiſſet vniuerſa caro.Sed ꝓpter electos,q̊s
Lu.7. elegit,abbreuiauit dies.Ac tum,ſi quis vobis dixerit: Ecce hic Chri-
ſtus,ecce illic,ne credatis.Exorient̄ pſeudochriſti & pſeudoprophe
tæ,& ædēt ſigna ac ꝓdigia,ad decipiendū,ſi fieri poſſit,etiā electos
Iohel. z. Vos aūt cauete,ecce prædixi vobis oīa.Cæterū in illis dieb⁹ poſt
afflictionē illā ſol obtenebrabit̄,& luna nō dabit ſplendorē ſuū: &
Luc.zı. ſtellæ cœli decidēt,& virtutes quæ in cœlis ſunt, cōcutient̄. Et tunc
videbūt filiū hominis venientē in nubibus,cū poteſtate multa & glo
ria: & tūc mittet angelos ſuos,& aggregabit electos ſuos a quatuor
vētis,a ſummo terræ vſq; ad ſummū cœli.A ficu vero diſcite ſimili-
tudinē:cū ramus eius iam tener fuerit, ꝓduxeritq; folia, ſcitis quod
ꝓpe ſit æſtas.Sic & vos cū hæc videritis fieri,ſcitote quod prope ſit
in foribus.Amē dico vobis,qđ nō præteribit generatio hæc, donec
oīa facta fuerint.Cœlum & terra præteribunt,ſed verba mea non
Luc.16. præteribūt,Cæterū de die illo ac tēpore nemo nouit, ne angeli qdē
Mat. z5. qui in cœlo ſunt,nec ipſe filius,ſed ſolus pater. Cauete, vigilate &
Luc.19. orate,neſcitis eīn quādo tēpus ſit.Sicut homo qui peregre agit reli-
cta domo ſua deditq; ſeruis ſuis ſubſtantiā ſuā,ac ſuū cuiq; opus,&
ianitori mādauit vt vigilaret, Vigilate igit̄,neſcitis enim quādo dñs
domus vēturus ſit,ſero,a medio noctis,an in gallicinio,an diluculo:
ne ſi venerit repēte,offendat vos dormiētes. Cæterū quæ dico vo-
bis,omnibus dico,vigilate.

## CAPVT.XIIII.

Mat. z6. ERat autē paſcha,& azymorū dies futuri poſt biduū. Et quæ-
Luc. zz. rebāt ſummi ſacerdotes & ſcribæ quomō eum ꝑ dolū cōpre-
Io.1z. henſum occiderēt.Dicebāt autē:Nō in die feſto,ne tumultus fiat po
puli,Et cū eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi,accumbente eo

venit mulier habẽs alabaſtrũ vnguẽti nardi piſticæ præcioſæ, & cõ
minuto alabaſtro effudit illi in caput. Erãt aũt quidã q indignarent̃
apud ſeſe, ac dicerẽt: Ad qd ꝑditio hæc vnguẽti? nam poterat hoc
vẽdi pluris quã trecẽtis denarijs, ac dari pauperibꝰ. Et infremuerũt
aduerſus illã. At Ieſus dixit: Sinite illã: cur illi moleſti eſtis? bonum
opus operata eſt erga me. Semp eñ pauperes habetis vobiſcum: &
quãdocũq; volueritis, poteſtis illis benefacere, me vero nõ ſemp ha
betis: qđ potuit, hæc fecit: præuenit, vt vngeret meũ corpus ad ſe-
pulturã. Amẽ dico vobis: vbicũq; prædicatũ fuerit euangeliũ hoc in
totũ mundũ, etiã hoc qđ fecit hæc, dicet̃ in memoriã iſtius. Et Iudas
Iſcariotes, vnꝰ e duodecim, abijt ad ſummos ſacerdotes, vt traderet
eũ illis. Quo audito, illi gauiſi ſunt, & polliciti ſunt ei pecuniã ſe da-
turos. Et quærebat, quomõ opportune illum traderet. Ac primo die
azymorũ, cũ paſcha immolarẽt dicũt illi diſcipuli ſui: Vbi vis vt ab-
eamꝰ & paremꝰ, vt edas paſcha. Et emittit duos e diſcipulis ſuis, &
dicit illis: ite i ciuitatẽ, & occurret vobis homo hydriã aquæ baiulãs,
ſequimini illũ: & quocũq; ingreſſus fuerit, dicite patrifamilias: Ma-
giſter dicit: Vbi eſt diuerſoriũ, vbi paſcha cũ diſcipulis meis edã? Et
ille vobis oſtẽdet tricliniũ magnũ ſtratũ, paratũ, illic parate nobis. Et
exierũt diſcipuli eiꝰ, & venerũt in ciuitatẽ, & repererũt quẽadmodũ
dixerat illis, parauerũtq; paſcha. Et cũ veſpera iam eſſet, venit cum Ioan. 13
duodecim Et cũ accũberẽt ederẽtq; dixit Ieſus: Amẽ dico vobis: vnꝰ
ex vobis ꝓditurus eſt me, q edit mecũ. At illi cœperũt eſſe mœſti, ac
dicere illi ſingulatim: Num ego? Et alius, num ego? Ille vero reſpõ
dens, dixit illis: Vnus e duodecim qui intingit mecũ in catinũ. Filius
quidẽ hoĩs vadit, ſicut ſcriptũ eſt de illo: ſed væ homini illi, ꝑ quẽ fi
lius hoĩs ꝓdit̃: bonũ erat illi, ſi natus nõ fuiſſet homo ille. Et edẽtibus 1. Co. 11.

illis,ſumpto Ieſus pane,cũ grãs egiſſet,fregit & dedit illis, ac dixit:
Sumite,comedite,hoc eſt corpus meũ.Et accepto poculo,cũ gratias
egiſſet dedit illis,& biberũt ex eo om̃es:& dixit illis: Hic eſt ſanguis
Ioan. 18. meus noui teſtamẽti,qui ꝑ multis effundit̃,Amẽ dico vobis,poſthac
nõ bibã de fructu vitis,vſq; ad diẽ illum, cũ illud bibero nouum in
regno dei.Et cũ hymnũ dixiſſent exierunt in montẽ oliuarũ.Et dicit
Zach. 13 illis Ieſus:Om̃es offendiculũ patiemini ꝑ me in nocte hac,qa ſcriptũ
eſt:Percutiã paſtorẽ,& diſpergent̃ oues.Sed poſteaquã reſurrexe=
ro,præcedã vos in Galilæã.Petrus autẽ dixit illi: Etiã ſi oẽs offen=
diculũ paſſi fuerint,at nõ ego.Et dicit illi Ieſus: Amẽ dico tibi, quod
hodie in nocte hac,priuſquã bis gallus cecinerit,ter abnegagis me.
At ille vehemẽtius dicebat:Immo ſi me opportuerit cõmori tibi, nõ
te abnegabo. Similiter autẽ & oẽs dicebãt.Et veniunt in locũ cuius
nomẽ Gethſemani,& dicit diſcipulis ſuis:Sedete hic,donec digreſ=
ſus orauero.Et aſſumit Petrũ,& Iacobũ,& Ioannẽ ſecũ,cœpitq; ex=
pauеſcere & angi.Et dicit illis :Dolore afficitur anima mea vſq; ad
Matth. 26. mortẽ:manete hic,& vigilate.Et ꝓgreſſus paululum, ꝓſtratus eſt in
terrã,& orauit:vt ſi poſſibile eſſet,trãſiret a ſe hora:& dicebat:Abba
pater,omnia poſſibilia ſunt tibi,aufer poculũ a me hoc. Verũtamen
nõ quid ego velim,ſed quid tu.Et venit,& offendit eos dormiẽtes:
dicitq; Petro:Simõ dormis? nõ potuiſti vnã horã vigilare?Vigilate
& orate,ne veniatis in tentationẽ.Spiritus quidẽ promptus, at caro
infirma.Et rurſum digreſſus orabat, & eundẽ dixit ſermonẽ. Et re=
uerſus offendit illos rurſum dormiẽtes:erãt em̃ oculi eorum grauati,
neq; ſciebãt qd illi reſpõderẽt.Et venit tertio dicitq; illis :Dormite
Ioan. 18. poſthac & requieſcite,ſufficit.Venit hora,ecce traditur filius hoĩs in
manus peccatorũ.Surgite,eamus.Ecce qui ꝓdit me,appropinquat.

Et cõtinuo adhuc eo loquẽte accedit Iudas.q erat vnꝰ e duodecim,
& cum illo turba multa cũ gladijs & fuſtibus a ſummis ſacerdotibꝰ
& ſcribis & ſenioribus. Dederat autẽ is qui ꝓdebat eum, cõmune ſi-
gnũ illis, dicẽs: Quẽcũq; oſculatus fuero, is eſt, cõprehẽdite illum, &
abducite caute. Et cum veniſſet, ꝓtinus accedit ad illum, dicitq; ei: Matth. 26.
Rabbi rabbi: ac deoſculatus eſt eũ. Illi vero iniecerunt in illũ manus
ſuas, & cõprehẽderũt eũ. Vnus autẽ quiſpiã aſtantiũ educto gladio
ꝑcuſſit ſeruũ ſummi ſacerdotis, & amputauit eius auriculã. Et reſpõ-
dẽs Ieſus dixit illis: Tanq̃; ad latronẽ exiſtis cũ gladijs ac fuſtibꝰ ad
cõprehendẽdum me: quotidie erã apud vos in tẽplo docẽs, & nõ cõ
prehẽdiſtis me: ſed iſta fiũt, vt impleanť ſcripturæ. Et relicto illo oẽs
fugerũt. Et vnuſquiſpiã adoleſcẽtulus ſequebať illum circũamictus
ſindone ſup nudum, & cõprehẽdunt illum adoleſcẽtuli. Ille vero re-
licta ſindone, nudus effugit ab illis. Et abduxerũt Ieſum ad ſummũ
ſacerdotẽ: & cõueniunt cum illo oẽs ſummi ſacerdotes & ſeniores
& ſcribæ. Et Petrus eminus ſequebať illum, donec veniſſet, in atrium
ſummi ſacerdotis: & erat ſedẽs vna cũ miniſtris, & calefiebat, ad lu-
men. Summi vero ſacerdotes & totum cõciliũ quærebant aduerſus Luc. 22.
Ieſum teſtimoniũ, vt morti traderẽt eum, nec inueniebãt. Nam multi
falſum teſtimoniũ dixerãt aduerſus illum, nec erãt ſatis idonea teſti
monia. Et quidã aſſurgebãt, & falſum teſtimoniũ ferebãt aduerſus
illum, dicẽtes: Nos audiuimus eum dicentẽ: Ego diruam templum
hoc, quod eſt manibus factum & tribus diebus aliud ſine manibus
factum extruam. Et ne ſic quidem ſatis idonea erant teſtimonia il-
lorum. Et ſurgẽs ſummus ſacerdos in medium, interrogabat Ieſum,
dicẽs: Nõ reſpõdes quicq̃; ? Quid iſti aduerſum te dicũt teſtimonia?
At ille tacebat, neq; quicquã reſpõdebat. Rurſum ſummꝰ ſacerdos

interrogauit & dicit illi: Tu es ille Chriſtus filius benedicti? Ieſus aũt dixit: Ego ſum: & videbitis filium hoīs ſedentē a dextris virtutis, & venientē in nubibus cœli. Sũmus autē ſacerdos dilaceratis veſtibus ſuis dixit: Quid præterea opus habem⁹ teſtibus? Audiſtis blaſphemiã. Quid vobis videtur? Illi vero oēs cõdemnauerũt eũ eſſe reum mortis. Et cœperũt quidã cõſpuere in eũ, & obuelare faciē illius, & colaphis eũ cædere, & dicere illi: Diuina. Ac miniſtri alapas illi impingebant. Et cũ eſſet Petrus in atrio inferius, venit vna ancillarum ſummi ſacerdotis: cũq; vidiſſet Petrũ calefacientē ſe, intuita illũ, di-
Matth.26. cit: Et tu cum Nazareno Ieſu fuiſti? At ille negauit, dicēs: Nõ noui, neq; ſcio quid dicas. Et exiuit foras in veſtibulũ, & gallus cecinit. Et ancilla cũ vidiſſet eũ, rurſum cœpit dicere his q aſtabãt: Hic ex illis eſt. At ille rurſum negabat: ac paulo poſt iterũ, q aſtabãt, dicebãt Petro: Vere ex illis es: nã & Galilæus es, & loquela tua cõuenit. At ille cœpit execrari ac deierare: Nõ noui hominē iſtũ, de quo dicitis. Et iterum gallus cecinit. Recordatuſq; eſt Petrus verbi qđ dixerat illi Ieſus: Priuſquã gallus cecinerit bis, abnegabis me ter: cœpit flere.

## CAPVT. XV.

ET cõfeſtim diluculo cõcilio inito ſũmi ſacerdotes cũ seniorib⁹
Matth.27. & ſcribis, ac toto cõſeſſu vinctũ Ieſum abduxerũt, tradiderũt-
Luc. 22. q; Pilato. Et interrogauit eũ Pilatus: Tu es ille rex Iudæorũ? At ille
Ioan. 18. reſpõdēs, dixit illi: Tu dicis. Et accuſabãt eum ſummi ſacerdotes de multis. Pilatus aũt rurſus interrogauit illũ, dicēs: Nõ reſpõdes quicq;? ecce quã multa aduerſus te teſtanť. Ieſus aũt deinde nihil reſpõdit, adeo vt admirareť Pilatus. Cæterũ in feſto dimittebat illis vnũ vinctũ, quēcũq; poſtulaſſent. Erat aũt q dicebať Barabbas, q cũ ſeditionis autorib⁹ fuerat vinctus, qui p ſeditionē cædem patrauerãt. Et cũ

acclamaſſet turba, cœpit flagitare vt faceret, queădmodũ ſemp fece
rat ipſis. Pilatus autẽ reſpõdit eis, dicens: Vultis dimittã vobis regẽ
illũ Iudæorũ? Sciebat eñ quod ꝓpter inuidiã tradidiſſent illũ ſũmi
ſacerdotes. Sũmi vero ſacerdotes cõcitauerũt turbã, vt poti9 Barab
bã dimitteret ipſis. Pilatus autẽ reſpõdẽs rurſum, ait illis: Quid igiť
vultis faciã ei, quẽ dicitis regẽ Iudæorũ? At illi rurſum clamauerũt:
Crucifige iſtũ. Pilatus autẽ dicebat illis: Quid eñ mali fecit? At illi
vehemẽtius clamauerũt: Crucifige eũ. Pilatus vero volẽs turbæ fa-
cere ſatis, dimiſit illis barabbã, & tradidit Ieſum flagellatũ, vt cruci-
figereť. Milites autẽ abduxerũt eũ intro in atriũ, qđ eſt prætoriũ, &
cõuocãt totã cohortẽ: & induũt illũ purpura, & circũponũt ei cõte-
xtã ſpinis coronã, & cœperũt ſalutare illũ: Aue rex Iudæorũ. Et ver-
berabãt illius caput arundine, & inſpuebãt in illũ, & poſitis genibus
adorabãt illũ. Et cũ illuſiſſent ei, exuerũt eũ purpura, & induerũt illũ
veſtibus ꝓpriјs: & educũt eũ, vt crucifigerẽt eũ. Et coegerunt præte-
reuntẽ quendam Simonem Cyrenẽſem, qui veniebat ex agro, patrẽ
Alexãdri & Rufi, vt tolleret crucẽ eius. Et ducũt eum in Golgotha
locũ, quod eſt, ſi interpreteris, Caluarię locus. Et dederũt illi bibere
myrrhatũ vinũ: ſed ille nõ ſumpſit. Cũq; crucifixiſſent eũ, partiti ſũt
veſtimẽta eius, mittẽtes ſortẽ ſup illa, qs qd tolleret. Erat autẽ hora
tertia, & crucifixerũt eũ. Et erat inſcriptio cauſæ illius inſcripta: Rex
Iudæorũ. Et cũ eo crucifigũt duos latrões: vnũ a dextris, & alterũ a
ſiniſtris ei9. Et impleta eſt ſcriptura, quæ dicit: Et cũ iniquis deputat9
eſt. Et q præteribãt, cõuiciabanť illi, mouẽtes capita ſua, ac dicẽtes:
Væ q demoliris templũ, & in tribus dieb9 extruis: ſerua teipſum, &
deſcẽde de cruce. Similiter & ſummi ſacerdotes illudẽtes inter ſeſe
cũ ſcribis dicebãt: Alios ſeruauit, ſeipſum ſeruare nõ poteſt. Chriſtus

ille rex Iſrael deſcēdat nūc de cruce, vt videamus & credamus. Et q
Ioan, 19. crucifixi fuerāt cū illo, ꝓbra iaciebāt in eū. Cū vero facta eſſet hora
ſexta, tenebræ ortæ ſunt ſup totā terrā, vſq; ad horā nonā. Et hora
nona clamauit Ieſus voce magna, dicēs: Eloi, eloi lama ſabachtha-
ni: qđ eſt, ſi qs interpretet̃: Deus meus, deus meus, cur me deſeruiſti?
Et quidā aſtantiū cū audiſſent, dicebāt: Ecce Heliā vocat. Accurrit
autē quidā, & impleta ſpōgia aceto, impoſitaq; harundini, porrexit
illi potū, dicēs: Sinite, videamus an vēturus ſit Helias, ad deponēdū
eū. Ieſus autē emiſſa voce magna, expirauit. Et velū tēpli ſciſſum eſt
Luc, 23 in duas partes, a ſummo vſq; ad imū. Cū vidiſſet autē Cēturio, qui
aſtabat ex aduerſo illi, qđ ſic emiſſo clamore expiraſſet, dixit. Vere
homo hic filius erat dei. Erāt autē & mulieres e lōginquo ſpectātes,
inter q̄s erat Maria magdalene, & Maria Iacobi parui, & Ioſe mater
& Salome: quæ etiā cū eſſet in Galilæa, ſequutæ fuerāt illū, & mini-
ſtrauerāt ei, aliæq; cōplures quæ ſimul aſcēderāt cum eo Hieroſoly-
ma. Et cū iam veniſſet veſpera, quoniā erat paraſceue, quæ p̄cedit
ſabbatū, venit Ioſeph ortus ex ciuitate Arimathæa, honeſtus ſena-
tor: q & ipſe erat expectās regnū dei: & ſumpta audacia, ingreſſus
eſt ad Pilatū, & petijt ab eo corpus Ieſu. Pilatus autē admiratꝰ eſt, ſi
iam mortuus eſſet: & accerſito ad ſe Cēturione, interrogauit illū, an
iā dudū mortuus fuiſſet. Et re cognita ex Cēturione, donauit corpus
ipſi Ioſeph. Et is mercatus ſindonē, depoſitū eū inuoluit ſindoni, de
poſuitq; in monumēto, qđ erat exciſum e petra. Et aduoluit lapidē
ad oſtiū monumēti. At Maria magdalene & Maria Ioſe ſpectabant (vbi poneret̃.

XVI.

Mat, 28. ET cū præteriſſet ſabbatū, Maria
Luc, 24 magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt
Ioan, 20. venirēt & vngerēt eū, Et ſummo diluculo diei primi ſabbatorū ve-

niũt ad monumentũ exorto ſole, dicebãtq; inter ſeſe: Quis reuoluet nobis lapidẽ ab oſtio monumẽti? Et cũ reſpexiſſent, vidẽt lapidẽ eſſe reuolutũ: nã erat magn̄ꝰ valde. Et ingreſſæ in monumentũ, viderũt adoleſcentẽ ſedentẽ a dextris, amictũ ſtola cãdida, & expauerunt At ille dicit eis: Ne expaueſcatis, Ieſum quæritis Nazarenũ, qui fuit crucifixus: ſurrexit nõ eſt hic: ecce locus vbi poſuerãt illũ. Sed abite, dicite diſcipulis eiꝰ & Petro, qđ ille præcedit vos in Galilæã: illic eũ videbitis, ſicut dixit vobis. Et abeũtes cito fugerũt a monumẽto. Habebat eñ illas tremor & ſtupor, neq; cuiq̄; quicq̄; dicebãt, timebãt eñ. Cũ ſurrexiſſet autẽ Ieſus mane primo die ſabbati, apparuit primũ Mariæ magdalene: de qua eiecerat ſeptẽ dæmonia. Illa ꝑfecta renũciauit his, ꝗ cũ illo fuerãt lugẽtibꝰ ac flẽtibus. Et illi cũ audiſſent qđ viueret, ac viſus eſſet ab illa nõ crediderũt. Poſt hæc aũt duobꝰ ex ipſis ambulãtibꝰ, apparuit ĩ alia forma, eũtibus rus. Et illi abierũt, ac renũciarũt reliꝗs: nec his illi crediderũt. Poſtea diſcũbẽtibus illis vndeci apparuit, & exprobrauit illis incredulitatẽ ſuã, & cordis duriciẽ: quod ijs ꝗ ſe vidiſſent reſurrexiſſe, nõ crediſſent. Et dicebat eis: Ite in mundũ vniuerſum, & prædicate euãgeliũ omni creaturæ. Qui crediderit: & baptizatus fuerit, ſaluꝰ erit: ꝗ vero nõ crediderit, cõdemnabit̃. Porro ſigna eos ꝗ crediderint, hæc ſubſequent̃. Per nomen meũ dæmonia eijciẽt: linguis loquent̃ nouis: ſerpẽtes tollẽt: & ſi qđ letale biberint, nõ nocebit eis. Suꝑ ægrotos manꝰ imponẽt, & bene habebũt. Itaq; dñs quidẽ poſtq̄; locutus fuiſſet eis, receptus eſt in cœlũ, & cõſedit a dextris dei. Illi vero egreſſi, p̂dicauerũt vbiq;, dño cooperãte, & ſermonẽ cõfirmãte ꝑ ſigna ſubſequẽtia.

EVANGELII SECVNDVM MARCVM FINIS.